

**Quocirca diuersi**

**T**riplex optatio dicitur. **H**oc occasio de peccato plurimi diuisa sententia. Alij enim dixerunt voluntate mala tunc esse peccatum: et non actus exteriores. Alij voluntate et actus. Alij neutrum: dicentes omnes actus esse bonos et a deo et ex deo auctore esse. **M**ali autem nihil est: ut ait Augustinus super Iobem. Omnia propter in facta sunt: et sine ipso factum est nihil in peccatum quod nihil est: et nihil sunt homines cum peccant. Super etiam dicit Augustinus quod malum est privatio boni vel corruptio boni: quod etiam in libro xxxij. q. ait. **S**icut malum nullum modum habet: caret enim omni bono. **A**t modum aliquid boni est: non igitur est: quod nulla specie pertinet: totumque hoc nomen mali de specie privatione repleti est. **I**tem in dogmatibus ecclesiasticis dicitur malum vel malicia non esse a deo creata: sed a diabolo inventa: quod et ipse bonus creatus est. **I**dem etiam in libro contra manicheos quod sit peccatum ostendit dicens. **P**eccare quod aliud est nisi veritatis preceptis vel in ipsa veritate errare: quod si non voluntate facitur: peccatores iuste iudicantur. **Q**uid ergo in hac tanta varietate tenendum: quod dicendum?

**T**era sententia de peccato proponitur.

**Hanc dici potest et licet**

bere tradidit dicitur esse actum malum interiore et exteriori: scilicet mala cogitatione et locutione et operatione. **P**recipue tamen in voluntate consistit peccatum: ex qua tanquam arboris mala procedunt opera mala: tanquam fructus mali.

**T**raditio quondam dicitur voluntate mala et actum in quantum sunt: esse naturas et ideo bona in quantum vero mala sunt: esse peccata.

**Quidam autem diligenter attendentes**

verba Augustini: quibus supra et in alijs scripture locis videtur non in doctre tradit voluntate mala et actus malos in quantum sunt vel in quantum actus sunt: bona esse: in quantum vero mala sunt: peccata esse: quod voluntate et actus quecumque bona dei natura esse dicuntur: in quantum actus est vel voluntas: et ex deo auctore esse: in quantum vero inordinate contra legem dei fit: et sine debito carere: peccatum est: et ita in quantum peccatum est: nihil est. **N**ulla enim substantia est: nulla natura est.

**A**utoritatibus probant voluntates et actus omnes esse bona: in quantum sunt.

**Quod autem voluntas omnis**

et actio bonum sit in quantum est: ex eo probatur quod ait Augustinus in libro de xxxij. questionibus. **D**e bono

in quantum modo causa est: quod circa mali auctor non est: quod omnium que sunt auctor est: que in quantum sunt: in quantum bona sunt. **I**dem probans nihil casu fieri in mundo ait in eodem. **Q**uicquid casu fit: temere fit: quicquid temere fit: non fit dei providentia. **S**i ergo casu aliqua fuerit in mundo: non providentia universus mundus amministrat. **S**i non providentia universus mundus amministrat: aliquid natura vel substantia est quod ad operum providentiam non pertinet. **Q**uia autem quod est: in quantum est: bonum est. **S**ummum enim est illud bonum: cuius participatione sunt cetera bona: et omne quod mutabile est: non potest esse boni illius participatione in quantum est: bonum est: quod divina etiam providentia vocatur. **N**ihil ergo casu fit in mundo: his testimonijs innituntur ad ostendendum omne quod est in quantum est: bonum esse. **C**uius idem Augustinus in libro de doctrina christiana ait. **N**ulle summe accipitur est: quod omnino incommutabilis est: et cetera que sunt nisi ab illo esse non possunt: et in quantum bona sunt: in quantum acceperunt vel sunt.

**Q**uid ex predictis sequatur.

**Ex predictis colligitur**

atque inferitur: quod si mala voluntas et mala actio est: in quantum est: bona est. **S**ed quod est quod differt mala voluntate esse et mala actione. **M**ala ergo voluntas siue actio in quantum est: bonum est: et in quantum voluntas est vel actio: bonum similiter est. **S**ed ex vitio mala est: quod vitium a deo non est: neque aliquid est. **Q**uod Augustinus notasse videtur in libro de xxxij. q. dicens. **C**ritum est voluntas quo est homo deterior: quod vitium longe abest a voluntate dei: ut ratio docet. **E**x hoc loco probatur voluntate in quantum vitiosa est: non esse a deo: et in quantum vitiosa est peccatum est. **E**t peccatum est: vel autem in quantum non habet ordinem nec finem debitum. **I**tem et actio in quantum ex malo procedit: et ordinem non habet: et ad malum tendit.

**A**lia probatio quod omnes actus in quantum est: bonus est.

**Item et aliter probatur**

omnem actum interiore vel exteriori in quantum est esse bonum: quod non esset actus malus nisi esset res bona: quod non est aliquid res mala: nisi eadem res bona sit. **C**uius Augustinus in enchiridionibus. **O**mnis natura bonum est: nec res aliqua mala esset: si res bona: ipsa que mala est: natura non esset. **N**on ergo potest esse malum nisi esset aliquid bonum. **Q**uod cum dici videatur absurde: conexio tamen ratiocinationis nos compellit hoc dicere. **E**x primis testimonijs asserunt omnes actus in quantum sunt: esse res bonas: nec aliquid esse malum: in quantum sunt: nisi idem quod sunt aliquid bonum sit: et omnium que sunt: in quantum sunt deus

*De vitio voluntatis*

*Aug. ench.*

*Summa part. actus perstrigit*